

1918
411

ET JURE MERETRICUM IN EUNDEM.

solvendam meretrici publice Meretrix liberam habet adm- 35
mercedem citra conventionem nistrationem quaestus sui. 30
initam? 25. seqq. seq.

Meretrici in testamento recte a- An de eo etiam testari potest? 32. seqq.
liquid titulo tam universali, An de eo quoque piis causis ali-
quam particulari relinquitur. 28. seq. quid legare licet? 35.

Quænam sit indoles Quæstus meretricii, & quidnam de
ea sentiendum, hucusq; satis demonstratum fuit: nunc,
quid circa acquisitionem ejus obtineat, paucis persecu-
turi sumus. Acquiritur vero Quæstus meretricius cum
actibus inter vivos, tum ultimis voluntatibus. Actibus inter vivos
modo illo acquirendi naturalissimo, traditione ex causa donatio-
nis, non quidem meræ & absolutæ, sed relatæ *arg. L. 3. ff. de Do-*
nat. Et t. t. C. de Donat. que sunt sub mod. profecta; nimirum
ob causam vel præteritam, vel futuram, sive sub modo illo turpi,
ut meretrix corpus suum donanti sive amasio ad voluptatem uten-
dum præbeat: quod certe negotium sub nullum contractum ca-
dere potest *arg. L. 12. §. si adolescens 11. ff. mandat.* cum contra-
ctus non nisi circa negotia honesta occupetur, prout jam supra
probatum dedimus. Ex donatione igitur quæstus omnis redun-
dat in meretricem. Meretricibus enim recte donari posse, clarum
est ex *L. affectionis 5. de Donat.* cujus donatonis à patre donantis
causa non modo impulsiva, sed etiam finalis est expletio libidinis.
Ut adeo nesciamus, quænam dubitandi ratio sit, quod *Ulpianus in*
L. 4. §. sed quod meretrici 3. ff. de cond. ob turb. caus. titulum do-
nationis non respexerit, ceu sibi persvadet *Covarruv. in C. pecca-*
eum 4. de R. J. in 6. p. 2. §. 2. n. 4. cum nullum titulum alium ille
considerare potuerit. Quod enim meretrici datur, id neque con-
sideratur ut merces usus corporis meretricii; siquidem merces nec
solvitur, nec debetur nisi ex locatione, quæ hic nulla est: neque
ut honorarium vel salarium; quippe quod præstatur pro operis
locari quidem non solitis, sed tamen honestis: actui autem for-
nicationis nullæ subsunt operæ honestæ, sed maxime turpes, quæ-